id est in specula. in sublimitate dogmatum
atq; uirtutũ in anima credentis.
cuius cottidie angelus uid& faciẽ dĩ.
& reuelato uultu gloriã dñi cõtẽ
plat; Unde obsecro te & curren
tem ut aiunt inpello ut lucinũ tuũ
desideres quidem ut fratrẽ. sed gau
deas regnare cũ xpo. quia raptus
est ne malitia mutar& intẽ eius
placita enim erat dõ anima illius
& in breui spatio tempora multa con
pleuit; Nos dolendi magis qui cotti
die stamus in p̃lio peccatorũ uitiis sor
didamur. Accipimus uulnera. & de oti
oso uerbo reddituri sumus rationem;
Ille iam securus & uictor te aspicit de
excelso. et fauet laboranti & iuxta
se locũ p̃parat, eodem amore & ca
dẽ caritate quã oblitus officii cõiuga
lis. Intra quoq: sororẽ te habere coe
perat. Immo fratrẽ. quia casta cõiunc
tio. sexũ ñ hab& nuptialẽ; & si adhuc in
carne posita & renati in xp̃o. ñ sumus gre
cus & barbarus seruus & liber mascu
lus & faemina sed om̃s in eo unũ sumus.
Quanto magis cũ corruptiuũ hoc indu
erit incorruptionẽ & mortale indue
rit inmortalitatem. non nubent neque
nubent. sed erunt sic angeli in caelis.
Quando dicit̃ ñ nubent neq: nubent sed
erũ sicut angeli in caelis. ñ natura &
substantia corporũ tollit̃. sed gloriae
magnitudo monstratur; Neq: enim
scribtũ est. erunt angeli. sed sic angeli,

ubi similitudo p̃mittit̃. ueritas denegat̃.
Erunt inquit sic angeli id est similes ange
lorũ; Ergo homines ẽẽ ñ desinunt. inclyti
quidem & angelico splendore decorati.
sed tam̃ homines. ut & apostolus apostolus sit. & maria maria; & cõfundat̃ heresis.
quae ideo incerta & magna promit
tit. ut quae certa & inmoderata sunt
auferat. Et quia hereseos semel fe
cimus mentionem. qua lucinus noster dig
nae tuba eloquentiae p̃dicari potest.
qui spurcissimã p hispanias basilidis
heresi saeuient & instar pestis & mor
bi totas intra pirineũ & oceanum
uastante p uincias fidei aecclesiasticae
tenuit puritatem. Nequaquã suscipi
ens armagel barbelon abraxan bal
samũ. & ridiculã leusiborã. ceteraq:
magis portenta quã nomina quae ad
inperitorũ & mulierculariũ animos con
citandos quasi de hebraicis fontib; hau
riunt, barbaro simplices quosq: ter
rentes sono. ut quod non intellegunt plus
mirentur; Refert hireneus uir
apostolicorum temporũ & papiae au
ditoris euangelistae iohannis discipu
lus eps q: aecclesiae lugdunensis. quod
marcus quidam de basilidis nosci stir ꝗ ĩgnostici
pe discendens primũ ad gallias uene
rit & eas partes p quas rodanus &
garunna fluunt sua doctrina maccu
lauerit maximeque nobiles feminas
quaedam in occulto mysteria repro
mittens hoc errore seduxerit

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BLB Badische Landes-Bibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0027